

www.e-rara.ch

Explanatio Vetervm Sanctorum Patrum

Oecumenius

Venetis, M D LVI

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-137749>

Libri gestorum argumentum.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

LIBRI GESTORVM.
argumentum.

A Postolorū gesta qui narrat, est Lucas euangelista: qui cum Antiochenus esset genere, & scientia medicus, simul cum Apostolis & præcipue cū Paulo peregrinatus est: atq; ita ea quę accurate nouerat, describit. Capita eorū quę narrat, hæc sunt. Angelis excipientibus assumptū esse Dominum: Spiritū sanctum in quinquagesimā in apostolos & omnes qui aderant, effusum fuisse: Matthiā loco Iudę proditoris fuisse substitutum: Septem diaconos institutos fuisse. Quo pacto electus Paulus fuerit, & quę sit passus. Quęcunq; item Apostoli oratiōe & fide in Christum miracula fecerint.

SI G N A Apostolorum quę hic narrantur, hæc sunt.

PE T R V S & Ioannes claudum abortu quē ad speciosam portam confidebat in nomine Domini curauerunt. Cap. 3.

Petrus Ananiā & Sapphirā q̄ ex pecunijs quas Deo pmiserant, quasdā defraudauerāt, coarguit, et statim mortui ceciderūt. Cap. 5.

Petrus in Ioppe Dorcadam quę & Tabetha dicebatur, mortuam precibus effusis a mortuis suscitauit. Cap. 9.

Petrus uas e cœlo demissum omnibus animalibus plenum inspexit. Cap. 10.

Petri umbra ingredientis super egrorātes pertransiens eos sanabat. Cap. 5.

Petrus uinctus & custoditus in carcere non ui

- dē tribus militibus fuit absolutus, et Herodes
 uermibus corrosus interiit. Cap. 12.
STEPHANVS prodigia facit & signa. Cap. 6.
PHILIPPVS Eunucho legenti prophēam
 Esaiam astitit, eumq; baptizauit. Cap. 8.
 Philippus idē in Samaria multos spūs eiecit, &
 claudos et resolutos multos curauit. Cap. 8.
 Philippus raptus à spiritu, atq; in Azotum trā-
 slatus est. Cap. 8.
PAVLVS cū appropīquaret Damasco uisio
 nē inspexit, et statū euāgelista euasit. Cap. 9.
 Paulus ī Lystris claudū ab ortu in nomine Do-
 mini sanauit. Cap. 14.
 Paulus ex uisione in Macedoniam est uoca-
 tus. Cap. 16.
 Paulus mulierem spiritum Pythonis habentē
 in philippis purgauit. Cap. 16.
 Paulo & Sylā cū in carcere conclusi essent, &
 compedibus ligneis constricti, media nocte
 orantibus, factus terrę motus est, ac soluta
 eorum uincula sunt. Cap. 16.
 A corpore Pauli sudaria supra egrotantes & a
 demonibus uexatos imponebantur, & salu-
 tem consequebantur. Cap. 19.
 Paulus in Troade Eutychum e fenestra dela-
 psū ac mortuū suscitauit. Cap. 10.
 Paulus magum Elymam in Cypro increpauit,
 & cecum eum reddidit. Cap. 13.
 Cū nauigaret Romam Paulus magna tempe-
 state & ipse et qui cum eo in nauī erant, per
 quatuordecim dies agitati sunt, cūq; omnes
 morituros se crederent, astitit Dñs Paulo,

& dixit, causa tua his uitam donauit: atq; ita incolumes euaserunt. Cap. 27.

Egressum e nauis Paulum cum uipera momordisset, oēs ipsum moriturum confestim esse opinabantur. ubi uero ille sus pmanfit, Deū esse existimabant. Cap. 28.

Patrem Publij in insula torminibus laborātem impositis manibus sanauit Paulus, & alios multos egrotantes curauit. Cap. 28.

NOMINA DVODECIM
APOSTOLORVM.

Simon q dicit̄ Petrus. Andreas fr̄ eius. Iacobus. Ioannes. Philippus. Bartholomeus. Thomas. Mattheus publicanus. Iacobus Alphei. Simō Cananeus. Iudas Iacobi fr̄. Mathias iter duodecim loco proditoris Iudę subrogatus.

SEPTEM DIACONORVM NOMINA.

Stephanus. Philippus. Prochorus. Nicanor. Timon. Parmenas, & Nicolaus.

EX SEPTVAGINTA DOMINI APOSTOLIS fuerunt etiā hi.

Barnabas. Sosthenes. Cephas cognominis Petri. Matthias q iter duodecim cōnumeratus postea fuit. Barsabas, et Linus, de quo ad Timotheum scribens meminit Paulus. Thaddeus, & Clopas, et qui cum ipso erant.

VBI APOSTOLI EVANGELIUM Christi predicarint, & quo modo defuncti uita fuerint.

SIMON PETRVS Apostolorum princeps, cū ut epistolis suis ipse declarat, in Pō

XXXII

IACOBVS Alphęi q̄ iustus ē cognominatus, primus Hierosolymorū episcopus lapidibus à Iudęis in Hierusalem est interfectus, atq; ibi sepultus in templo est.

TADDAEVS q̄ et Lebbeus, et Iudas Iacobi appellabat Edesenis et toti Mesopotamię uerbū xp̄i annūciauit sub Augarō Edeseno rū p̄ncipe. Beryti ē defunctus, ac sepultus.

SIMON Cananus Clope filius, q̄ & Iudas, post Iacobū iustū episcopus Hierosolymis extitit. cumq; annū centesimum ac uigesimum ageret, crucis martyrio sub Traiano rege ē uita decessit.

MTTHIAS unus ex septuaginta discipulis loco Iudę Iscariotis cū undecim cōnumeratus in Aethiopia exteriore morit̄, in regiōe ubi ē castrū Apsarus, cū ibi uerbū Dñi nunciasset.

**PAULI PERAGRATIO,
ET MARTYRIUM.**

Paulus apostolus à Damasco incepit, et deuenit Hierusalē, inde Tarsum, e Tarso Antiochiā: et rursus secundo Hierusalē rediit: atq; inde iterum Antiochiā. Vnde segregatus cum Barnaba in apostolatū Seleuciam uenit: deinde in Cyprum est profectus, ubi et Paulus est ceptus uocari. Postea Pergem, tum Antiochiā P̄fidie, inde Iconiū, ex Iconio Lystrā & Derbē Lycaonię urbes peruenit in Pamphylā deinde, et Pergē, et Attaliam: ac rursus tertio in Antiochiā Syrię. postea peragrata Syriā et Cilicia iterum Derbē et Lystrā rediit, ubi Timotheū circumcidit. In Phrygiā postea et Galaticā regionem

gionem abiit, inde in Myfiã & Troadem, inde Neapolim, atq; illinc Philippos Macedonię deuenit. Pertransiẽs deinde Amphipolim et Apolloniã Thessalonicã est pfectus, inde Berrhocã, inde Athenas, Athenis Corinthũ, unde in Ephesum trãsiit. Ex Epheso in Cęsareã, e Cęsarea secundo in Anthiochiã Pisidię est pfectus. Inde in Galaticã regionem et Phrygiã Postea secundo Ephesum uenit. Peragrata deinde Macedonia in Gręctam deuenit. atq; inde repetita Macedonia Philippos secundo petiit. e Philippis in Troadẽ profectus est, ubi Eutychnũ qui e fenestra ceciderat, suscitauit. Postmodũ in Assum, inde in Mitylenem, inde e regione Chij, inde in Samũ, inde in Miletũ peruenit. Deinde accersitis ijs qui Ephesi erãt, colloquutus cũ ipsis est. Postea in Coum atq; inde Rhodũ decessit. inde in Patara, e Pataris in Tyrũ. tum in Ptolemaidem. inde in Cęsareã. e Cęsarea rursus tertio in Hierusalẽ ascendit. Inde traductus in Cęsareã, ac deinceps uinctus Romã perrexit. nã e Cęsarea in Sidonẽ, e Sydone in Myra Lycię, atq; inde in Cnidũ deueniunt. unde postea magna tẽpestate agitati in insulã Melitam eiecti sunt, in qua cum Paulusa uipera in manu fuisset mortuus, illęsus pmãsit. Ex insula Syracusas adeũt, inde Rhegium, e Rhegio Puteolos petũt. Vnde postea pedestri itinere Romã proficiscenti Paulo fratres usq; ad Appii forum & tres tabernas obuiã processere. Cum uero ingressus Romam esset, atq; ibi aliquantum tempus docuisset, postea sub Nerone Cęsare trigesimo sexto anno



a passione Domini, cum bonū certamen certasset, detruncato capite martyriū consummauit tertio Kalendas Iulias, anno ab aduentu Dñi nostri Iesu Christi sexagesimo nono. Sunt autē ex quo martyriū obiit, trecenti ac triginta anni usq; ad presentē hunc consulatum qui quartus est Arcadij, & tertius Honorij fratrum imperatorum Augustorum, quindecennalis circuitus indictione nona.

MARCVS euangelista cum Alexādrensisibus & toti circum uicinę regioni usq; ad Pentapolim Domini euangeliū p̄dicasset, Alexandrię in Bucolis cum Ictaro primo Lyci martyre sepelitur. Quem Alexander detulit, & ubi omnes episcopi positi sunt, collocauit.

TITVS episcopus Crete Cretensisibus, & circum adiacentibus insulis Dñi euangelium annunciauit, & ibi mortuus est, ac sepultus.

CRESCENS in Gallijs cū p̄dicasset obdormiuit, atq; ibidem humi est conditus.

EVNVCHVS Candacis reginę Aethiopū in Arabia felice & in Taprobana insula euangelium p̄dicauit. eundem ibidem martyrium obijisse, & magnifice sepultum fuisse fama obtinet. & usq; ad hodiernum diem cœmeterium eius extat.

APOSTOLICORVM GESTORVM
argumentum alterum.

ET si acta seu gesta apostolorum liber hic inscribit, maiori tñ ex parte Pauli facta continet: quę qui hęc conscripsit Lucas,